

tum causæ pertinent.

Vultej. 2. I. P. F. 29. n. 26. & seqq. Obrecht. Disp. 29. n. 249. & seqq. & n. 570.

Qui enim non omnia & singula probat causa cadebat:

c. ibi iidem quoque testes, extr. de Probat.

Præterea non omittendum nomen Rei conventi: hoc modo.
Mit vorbehalt solcher protestation nun bringet Er flagend vor / gegen und wieder N. N. &c.

Præfationi tandem accidit imploratio iudicis officii, ad compellendum Reum litem contestari, & ad libellum oblatum respondere. h. m. Doch zuvor das mild: Richterliche Amte gebührend implorirend / genandten Beklagten darauff / wie sich ein Recht gebühret / den Krig Rechtens zu befestigen / und zu Verantwortung anzuhalten. 2c.

vid, Rosbach. d. l. n.º 49.

N. III.

Altera Libelli pars est *Narratio* quæ est substantiale illius requisitum

Vultej. 2. I. P. F. 29. n.º 4.

Ex libelli enim tenore pendent Leges & Prophetæ.

Cynus *ad d. Auth. offeratur n.º 8.*

Est autem *Narratio* facti controversi expositio: *vel* quâ inferitur, in proposita specie facti, eam justam petitionis causam subesse.

Wesemb. *parat. de Edend. n. 3.*

Per factum autem duo, *res debita* scil. & *causa petendi* apparere debent.

Cyn. *ad l. 3. num. 8. C. de Edend.*

In Re observandum, ne (1) *Re* & quantitate. (2) *Tempore*. (3) *loco* & (4) denique *causa plus petamus*.